Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gerneri Rolfincii ... Ad Chimiam In Artis Formam Redactam Illustrandam Breves Notae

Rolfinck, Werner

Jenae, 1669

Liber III

urn:nbn:de:bsz:31-132593

Visual Library

ginatione & sensu. Contraria sunt operatione, similia possunt esse denominatione.

LIBER II,
de mediis, nimirum de operationibus in genere, & earum causis.

DElineationes sunt variæ. Vix datur perfecta. Rarò una differentia est extra essentiam alterius.

CAUSARUM ACTIVARUM prima est Ignis. Τὸ πυρὸς φύσις ἰδιοπάθας, *verba sunt Eresii libro de igne,* ἔχει δυνάμεις τῶν ἁπλῶν. *Ignis natura omnium simplicium singularibus, maximè peculiaribusque* POTESTATIBUS *est prædita.* *Causarum activarum* 1 *Ignis.*

MATERIA ignis sunt lignum & carbo. Mollia ex abiete & piceâ citius accenduntur, citius extinguuntur. Dura ex quercu, fago, tardius accenduntur, tardius extinguuntur.

AER operationes juvat, ut calidus, frigidus, humidus, siccus. 2. 3.

TERRA additur ☉li in spiritûs destillatione. 4.

MENSTRUUM non datur universale, particulare tantùm. Menstruum solvendo simile est substantiâ & genere, contrarium δυνάμει virtute & actione.

PASSIVÆ causæ laboratorium & furnus.

GLUTEN à Roberto Boile in novis experimentis, no. 10, propalatum egregium est.

℞. *calcis vivæ optimè & subtiliter pulverisatæ,*
Raspatum casei pinguioris medullæ.

In mortario simul cum pistillo contrita irriga modicâ aquâ. Omnibus concorporatis fiat pasta. Tum mistura ingratum naribus exhibet fœtorem.

UTENDI MODUS. Hæc citrà moram, suprà linteum extensa & dispansa dum recens est, applicanda vitro.

LIBER III,
de effectis & operibus chimicis, in specie de liquidis destillatis.

AQUA-

Aquæ distillatæ

AQUARUM destillatarum plurimus in medicinâ est usus. Instrumenta, per quæ fit destillatio, vitrea, terrea optima. PLUMBEA nocentia. Saturnus noxiam imprimit qualitatem, & communicat cerussam, quam diutius aquæ si stent, deponunt cœu furtivum pignus, eâque vitri pavimentum incrustant. Ulcerationes dysentericas etiam intestinis minantur.

Minus noxia sunt cuprea stanno obducta.

SIMPLICES vegetabilium, quamvis non habeant qualitatem prædominantem, virtutesque corporum, è quibus eliciuntur, rejiciendæ tamen non sunt.

Zwelferus aquas destillatas admittit, sed sine additione aquæ fontanæ, solùm per balneum paratas, exceptâ aquâ cinnamomi.

Ex succis vegetabilium per vitreum alembicum destillatæ fiunt meliores.

Ex herbis sale volatili præditis, ut cochleariâ & nasturtio aquatico, exstillatæ sunt efficaciores, & simplicium suorum retinent antiscorbuticam efficaciam.

Destillatæ aquæ non sunt meliores decoctis.

Minus putrescunt aquæ destillatæ, quia sunt aëreæ, quàm simplices.

Mistæ salibus propriis exaltantur in virtutibus.

Destillatarum aquarum aliæ sunt calidæ, aliæ frigidæ, quædam temperatæ.

VARIÆ sunt. Ex HERBIS *acetosæ, cichorii, scordii, chamædryos*, in digestione cum ⊖ & ♀ maceratis, post affusâ aquâ fontanâ per vesicam destillantur.

AQUAE *rosarum* celeberrimæ famæ. Odoratiorem aquam præbere silvestres *nonnulli* putant, quia sunt sicciores. Sed & odoratæ domesticæ magnam spem præbent.

Aqua *violarum* fragrantior fit additâ radice iridis florentinæ, *rosarum* ligno rhodio.

Rosæ optimam præbent aquam madidæ rore inter auroræ rosas, ad primos nascentis solis radios expirante. Exaltat gratiosus hic aëris & lunæ saccharinâ dulcedine dives filius.

▽ *violarum* pectorales exaltantur injectione radicis iridis Florentinæ. Æstate colorentur floribus violarum recentibus, hyeme

hyeme siccis vel tornâ solis, ad violaceum colorem, adjecto modico ☉li spiritu, ad rubrum.

SPIRITUS ex iisdem vegetabilibus & aliis destillari possunt, simplices & compositi, cum vino vel ♈. *Spiritus*

Vinum nequam, vinum mortuum, cui multum nequitiæ ineſt, concipere genituram filamentorum, quæ piſciculorum alborum more ipſi innatant, notum eſt. Non ſolùm in circumferentiâ vaſis ſtannei aut vitrei apparent, ſed etiam in medio, imò totum vas replent ubique. Obſervantur 1. ſine adminiculo per ſe. 2. Majores apparent ope radiorum ☉ & luminis. *aceti*,

Vivos eſſe vermiculos declarat autopſia per microſcopium. Præditi ſunt capite, & pinnulis per dorſi longitudinem excurrentibus, & caudulâ. Motus adeſt piſcium æmulus. Per chartam bibulam factâ filtratione lateribus adhærentes, adhuc per aliquod temporis ſpatium ſe movent, tandemque flaccidi concidunt. In filtrato aceto poſt aliquot horas iterum apparent.

Spiritus ☉li, ☾, ♃ris theſauri ſunt πολύχρηστοι in variis affectibus utiles. Efficacior ſpiritus ☉li pars conſiſtit in parte volatili, quæ phlegma præcedit, in præviâ ad albedinem calcinatione. Huic virtus ineſſe ſcribitur antepileptica, ſi per nonum pellatur alembicum. ♃ in ſpiritum reſolvitur, quatenus ☉li mineram habet adjunctam. ☉li, ☾, ♃.

CLYSSUS ♁ii duplex eſt, minoris & majoris apparatus. *Clyſſus.*

MINORIS eſt iterum duplex: ♃tus conſtat ex ☽, ♁, ♃. ♅tareus ex ☽, ♁, ♅. In viſcerum obſtructionibus uterque facit officium. MAJORIS apparatus conſtat ☽, ♁, ♅, ſilicibus calcinatis, a.℔j. aquâ fontanâ irroratis. Parari poteſt unâ retortâ & recipiente vaſe, vel pluribus.

▽ ſeu ſpiritus aperiens ex ☉lo, ♅, & ſilicibus calcinatis paratus nobiliores aperiendi vires obtinet, quàm ille, qui loco ♅ri crudi recipit ☾ ♅ri. *Aqua aperiens.*

SAL LIQUIDUM VOLATILE SILVIANUM magnâ apud multos in veneratione ſe experientiæ ſcuto tueri cenſetur. ☾ *liquidum volatile.*

OLEA *plantarum* vires obtinent. Quomodo aqua elementalis fiat oleum in vegetabilibus, animalibus & ♃ribus, & omne oleum cum adjuncto facilè reducatur in aquam, quod *Olea plantarum*,

 docet

docet *Helmontius tractatu tria principia chimica inscripto, textu 49*, ventilatione dignum.

herbarum, RUTAE ℞ liberalius prodit, semine cum folliculis tusis addito.

florum chamameli, *Olei florum chamameli* saphirinus color promovetur additione scobis lignorum pini & abietis, cum floribus facto S.S.S. vel adjecto ol. terebinthinæ. Sed undè color ille tam fugax, ita ut aliquot septimanarum spatio pereat?

rosarum, ROSARUM ℞um ex solis floribus parcâ, ex toto, floribus, medio luteo, αὔθος ῥόδων quod dicitur, unguiculis, calyce, alabastris, qui *sunt quini fratres in eodem tempore nati,*

tres sunt barbati, duo sunt barbâ absque creati,
unus de quinis non est barbatus ubivis,

liberaliori manu communicatur oleum.

violarum, Ex VIOLARUM martialium purpurearum floribus oleum præparatum vidit *Rosenbergius in rhodologiâ.* Assumi potest integer flos, quem constituunt 1. τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους, *quod in flore purpurascit,* & flos simpliciter dicitur. 2. quinque florum folia cum purpureo apice succo subdulci pleno, & unguiculis. 3. τὸ λάνθος alter flos luteus his insidens. 4. alabastriculi virides quinque superpondii loco retineri possunt. Ex flore simpliciter dicto difficilis præparatio.

caryophyllorum, OLEUM caryophyllorum adulterinum tale Italus parabat: ℞. *caryophyllorum tritorum q. v.* ℞ *olivarum optimi q. s.* Digere. Exprime fortiter. Per inclinationem oleum separa. Adserva. Nonnulli pro vero oleo habuêrunt.

In Indiâ ex recentibus expressum insignis est virtutis.

Destillatum ex siccis in nostro solo, aqueo colore prodit, cum tempore eundem mutat.

Olivoπύγμα. VINI OLEUM; ☿ communiter appellatum, mistum cum spiritu ☉li dicitur aqua temperata: à salinis, ut cineribus exstillatus, dicitur ALCOOL.

LIBER IV,

de effectis & operibus chimicis mediis